



Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

99. Zam[b]das vrgendo louinum amicum suum haustu vsque ad ebrietatem, peccat mortaliter: non tamen louinus, si hanc ebrietatem absque periculo mortis vel grauis percussionis euitare nequeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

illa tamē obligatio est affixa huic loco, adeōque extra hunc non subsistit: nec illud melius Fundator intendisse præsumitur, si nō rationabile huius dubium ostenditur. Atque ex his patet ad rationem in contrarium.

XCIX. Zambdas vir nobilis ac diues frequenter Iouinum amicum suum exhibet mensæ suæ, & haustu usque ad ebrietatem vel periculum huius urget: Subinde etiam adeō sic efferus, ut Iouinus vel repetitis equalibus haustibus cum ipso inebriari, vel periculum grauis percussionis aut duelli subire debeat? Quæritur. 1. Vtrum Zambdas peccet mortaliter cum tali periculo urgendo ad potum? 2. Vtrum Iovinus inebriare se posse, ut grauem percusionem, aut duellum euerteret?

Videtur, Zambdam non peccare mortaliter ita urgendo, quia ex bono id affectu, & iuxta morem patriæ facit: Iouinum verò grauitet delinquere se inebriando, vt malum aliquod euadat; melius quippe erat, inquit S. Augustinus serm. 232. vt Caro tua sobria occideretur, quam ut per ebrietatem anima moreretur. Adhæc non sunt facienda mala, ut eueniant bona, quo argumento vtitur Azot Tom. 1. L. 7. c. 33. q. 5. post Caiet. Et Wiggers c. 2. de Temper. dub. 5. inde aperte docet, inebriare se scienter sic intrinsecè esse malum, ut nec ex metu mortis licitum fiat.

Resp. 1. Zambdam peccare mortaliter urgendo coniuam suum usque ad periculum ebrieta-

brietatis. Ita ex communi Dicastillo de virt. Cardin. L. 1. D. 3. n. 148. Nam si inebriare se siue directâ siue indirectâ voluntate est ex omnium sententia peccatum mortale, cur non etiam sit mortale, inebriare alterum? Nec excusat affectus bonus, aut mos patriæ tantam immoderationem, quo minus sit lethalis, sed solum, quando urbanitatis & amicitiae gratiâ aliquid sit in ea quantitate, & moderatione, ut spectatis omnibus circumstantijs non sit periculum ebrietatis, aut grauis alterius nocimenti. Resp. 2. Iouinum biberre ad ebrietatem usque posse, si aliter vel grauem sui percussionem, vel prouocationem ad duellum euitare nequeat. Ita cit. Author n. 154, post Lessium L. 4. c. 3. n. 37. Vbi testatur, hoc sentire plures viros doctos, quod etiam probabile agnoscit Layman L. 3. Sect. 4. n. 5. Nam licitum est, inebriare se causâ medicinæ ad pellendum, vel arcendum morbum, ut ex communi aliorum tradit Pax Iordanus L. 1. suarum Elucubrationum tit. 7. n. 23. Cur ergo non etiam ad euitandam grauem percussionem, aut duellum, quæ haud vanè ab altero timentur; esto enim non sit medium per se ordinatum ad hoc, sicut ad illud, constat tamen ad vitandum graue incommodum aut periculum multa licere, quæ per se ad hoc ordinata non sunt, sed solum ex malitia alterius, quâ ratione aiunt communiter Doctores, li-

Rrs

cere

deō-
me-
ō ra-
ue ex
quen-
a, &
buius
uinus
bria-
subi-
pecce
otum?
auem

aliter
iuxta
uitet
quod
justi-
etur,
Ad-
hiant
i. L.
Tem-
e sci-
me-
liter
ilum
ieta-

cere alicui, amputare sibi membrum, manum, vel digitum ad conseruandam vitam, & tamen illa amputatio non est per se idoneum & ordinatum medium ad hanc conseruationem. Adhac priuatio rationis hic non intenditur, sed solùm permittitur, quam nemo tenetur cum tanto malo impedire; unde etiam Iouinus non facit in hoc casu malum, vt eveniat bonum.

Atque ex his patet ad rationes in contrarium; nam S. Augustinus loquitur solùm de ijs, quæ per accidens coniuncta esse solent, v. g. contemptus, aut odium virtutis &c. ut interpretatur Lessius.

C. Zoticus rem olim habens cum Verena nunc in uxorem ducere vult Verianam, de qua tamen dubitat, num in prohibito consanguinitatis gradu coniuncta sit Verenæ. Quæritnr. Vtrum Zoticus stante hoc dubio contrahere cum Veriana possit?

Videtur non posse. Ita Palao Tr. I. D. 3. pun. 8. n. 10; Layman L. I. Tr. I. c. 5. §. 3. n. 25. & alij. Mouentur. Tum quia fauendum Sacramento Matrimonij, ne inualidè administretur. Tum quia nemo habet ius se matrimonio iungendi, nisi probando, impedimentum non adesse. Tum quia iuxta receptum principium: contractus malâ fide initur, possessio que inchoatur ab eo, qui initio dubitat, num contrahendi, possessionemque capiendi ius habeat.

Resp.